uolumus. Apud nos sci ficationis ipsius beatitudo permaneat. Oportet
ergo nos esse scitate puros pudicitia mundos. honestate nitidos. ut quo
diem scissimu adpropinquare nouimus. eo sollicitius in bonis ope-
ribus incedamus. Ideo nos ab omni conscientiae fece. pura confessione
mundemus. Adcuremus nos uestire non siricis uestibus sed operibus pre-
ciosis. uestimenta enim nitida membra operire possunt. conscien-
tiam ornare non possunt. Nisi quod maioris est uerecundiae. nitidis
membris incedere. & pollutum sensibus ambulare. Interioris igitur
hominis prius ornemus affectum. ut exterioris quoque sit amictus
ornatus. Spiritales maculas abluamus. ut carnalia in nobis fulgeant
uestimenta. Nihil autem prodest fulgere uestibus. & sordere fla-
gitiis. Ubi enim conscientia tenebrosa est. totum corpus obscurum
est. habeamus autem quo conscientiae maculas abluamus. Scriptum
est enim. Date elimosinam. & omnia munda sunt uobis. Bonum
elimosinae mandatum. per quod manibus operamur corde mun-
damur. prestante dno nro ihu xpo. qui cum patre & spu sco uiuit
& regnat ds in saecula saeculorum amen. FERIA IIII

IN diebus illis dixit dns ad moysen. Ascen- LEC LIBRI EXODI
de ad me in montem. & esto ibi. daboque tibi tabulas lapideas. & legem
ac mandata quae scripsi. ut doceas filios isrl. & cetera. OMEL.

SAcri eloquii mysticos sensus. per aspirationem spus sci LEC EIUS
prudenter ac diligenter intellegendi & perscrutandi sunt frs
dilectis- simi. Nam in praesenti lectione qua audistis. moysen
dns in montem ascendere ut legem perciperet iussit dicens. Ascen-
de ad me in montem & esto ibi daboque tibi tabulas lapideas. & le-
gem ac mandata quae scripsi ut doceas filios isrl. Quid est quod
moyses in montem ascendit. & dns in montem descendit.
Nisi quod mons significat contemplationem diuinam. ad quam
nos uina inspirante gratia esse debemus semper intenti.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0060